Exemplum Lrae Antonij Mariæ Gratiani
ad Cardinalem Varmien.
De Confœderatione Polonia.

Cuniculo Hæreticorum pene hic oppressa Religio est, reperio cum minime expectari
tur, et statutis aliys rebus plurimis profecisserentur, et discessissent iam aliqui, nim
ingentem uenenum toto hoc tempore occultatam, atq; hodie in ultimos dilatam
dies, effudissent: ex quo intellexi tum est quo Catholici arcendis ab hoc con
uentu legationibus, et ad comitia rejiciendis. Agebatur de uia, ac ratione consti
tuenda, qua comitia habiri, ac ferri suffragia sine confusione, ac tumultu possit,
et qua quisq; tutus ab alterius iniuria præstaretur. Illi conspirandum, fœdusq;
inter Ordines sanciendum censuerunt, obstringendosq; iureiurando omnes, neminem
passuros iniuriam fieri; si quis secus, eum pro publico hoste habituros. Formulam
conspirationis huius, ac fœderis conscriptam ab se protulerunt, et a Senatu postu
larunt, ut de communi consensu pro pace in Republica conservanda comproban
tur, confirmarentq; singulorum chyrographis. Et tempus erat huiusmodi, ut in
tanto contemptu legum, stabiliendæ publicæ pacis consilium omnibus placeret:
et cum eorum dolo concordia, atq; fœderis nomen prætenderetur, etiam Catholici
Senatores sine cunctatione in eorum sententiam ibant, ut a pro Episcopis pos
tulantibus concessum sit unius diei spatium ad deliberandum, inspiciendaq; fœderis
capita. Cætera pro præsenti tempore utilior. Unum erat caput, quo hæreticis in
perpetuum cauebatur, ijsq; licentia, atq; impunitas cuiuscis Religionis, cuiuscis
impietatis permittebatur: quo capite fundamenta huius Reip. euertebantur.
Ego in tam graui periculo deprehensus, cum ne faciendi quidem certum Cardina
lem tempus habirem; ne hominem timui, ne quod insanabile uulnus acciperetur
consentiebam eorum, ut Solonicam uidem, quando mihi res nuntiata est. Omissa
igitur professione, cum Senatus ad uesperum esset dimissus, ea nocte Senatores Ca
tholici, quot adiri potui, circumiens, orani, ut ne Religionis causam, qua conti
netur reliquarum rerum salus, desererent; quanta, et quam mortifera Reip. plaga
infligeretur, ostendens. Episcopos conueni omnes, admonuiq; eorum officij, atq; fidei,

121

Extat una cum Epistola in Gratiani epist. Vol. 1. pag. 419.